

Nomina corradicalia *Latona* Λῆδα una cum slav. *Lada* atque *vlada vladika* „uxor vel filia adulta τοῦ vlastelin“ h. e. patricii cuiusdam *Walducus* „dux Vinidorum Pannoniorum“ (cf. Fredegari Chron.) baseos monosyllabae **veldh-* cum basi disyllaba **veladh-* mutationem apophoniam primariam atque ordinem matrilinearem probant. Nomen *Latona* formatum est ut *persona* Pelast. *Cortona*, quod toponymon aequae atque γόρτυν γόρδιον aliaque eiusdem radices toponyma quae mediterranea dicantur cum protoslav. **garda* et lat. *urbs* (<**ghrdhi-*) optimo iure coniungi licet.

Si glossa Hesychiana σάννας βασιλεύς παρὰ Ἰταλιώταις familiae lexicae **voldh- vladh-* adscribimus, antiquiores formae **balda* **banda* postulatur atque sine spirante initiali ut nomina *Ardiaei* *Vardaei* atque *Itali Vitulus* commemoranda est *Anna* „Πότνια“ et *Peranna* (<**perauna* ~ protoslav. **perauna* serb. *Perun*). Phrygium denique nomen regis βαλ(λ)ήν propter incertam geminatam attingere non audemus, etsi geminata -λλ- similior est veri quam simplex -λ-. Si geminatam pro certo accipimus, utraque nomina regis praegraeca et βαλλήν et βασίλη (< βαλτίλη) familiae **voldh-* adnumerare licet: βασίλη βασιλεύς eodem suffixo ut κορθίλος „regulus βασιλεύς“ formata sunt nomina deminutiva et hypocoristica nam βασιλεύς in Mycenaeorum sermone officium minus indicat.

Beograd.

M. Budimir.

A. C. Пушкин

Π Τ Η Χ Κ Α — Ο Ρ Ν Ι Θ Ι Ο Ν

Ἐν ξείνοισι τόποις ἐὼν
σεμνὸν ἀγύγιόν τ' ἔθος
νομίζω τόδε τῶν ἐκεῖ
φαιδραῖς ἦρος ἐφ' ὥραις

κίχλην τοι μεθεῖς μίαν
χαίρω πολλά· τί μέμφομαι
Μοίραις, ἦμαρ ἐλεύθερον
τῆδ' ἀρκῶν ἀποδοῦναι;

Bedford.

G. M. Lee.